(F. 13 v.) Et die jovis die undecima januari anni predicti continuationi dicte Curie per dictum Regem assignata Idem dominus Rex constitutus personaliter in dicto Capitulo Monasterii predicatorum dicte Civitatis Valentie, in quo erat dicta Curia congregata iterans gratiarum actiones dicte Curie facte pro iuvamine ei oblato et concesso iamtacto offerensque se et sua dicti Regni defensionem ad sui expensas Trecentos equites et si potit Quingentos equites et ultra protestato pro propter huius omni oblationem per ipsum dominum Regem factam, con-

cessio ipsi domino Regi facta pro dictam Curiam de Quingentis equitibus supradictis minimi minime valeat sive ledit quinimo habeat omnio complerit oblationem huiusomni non obstante.

Et super eo de quo eidem domino Regi pro dictam Curiam supplicatum extitit videlicet quod a dicta Civitate non recederet donet omnia dicte Curia brachia super distributionem et contributionem dictorum Quingentorum Equitum invicem convenissent Respondit dictus dominus Rex quod ratione guerre quam habere sperat cum Rege Castelle et per se curiori tuitionem dicti Regni, ipsum opportebat aliquis partes Regni Valentie necessario visitare, potissime partes civitatis Xative in quibus per octo vel decem dies pares plus vel minus moram trahere intendebat intra cuius temporis intervallum dicta Curia super dictam distributionem et contributionem poterit convenire. Post regressum vero ipsius domini Regis idem dominus Rex in Civitate Valentie tantum staret promissit donec tota dicta Curia concordeverit invicem super distributionem et contributionem auxili memorati. Et per donec in et super capitulis in generali vel speciali per dictam Curiam aut eius brachia aut singulares ex ipsis offerenda provisiones fecerit concedentes minime licenciabit huius omni Curiam generalem. Et quod ipsa brachia et eorum singulares interim Capitula tradunda traderent prothonotario et huius Curie nothario antedicto. Rogans Curiam presentem et eius brachia ut confestim unuquodque ex dictis brachiis suos ordinaret nominaret et constitueret (F. 14) tratatores qui a dictis brachiis super dictis distributionem concordandi invicem haberent plenissimam potestatem.

Et surgentes domini Vitalis Valentie et Elias Sugurbiense ac Sancte Marie de Albarracino Episcopi pro brachio eclesiastico dictus dominus Valentie Episcopus acceptans oblationem per dictum Regem factam de Trecentis Equitibus antedictis de tam grata oblatione ex benivolentia tam pii tamquod benigni principis et domini procedente eidemquod laudes duxit pro parte sui brachii referendas.

Et exsurgens pro brachio Nobilium et militum ac generosorum dicte Curie dictus nobilis Luppus Comes de Luna pertulit illud idem.

Et exsurgentes pro brachio Civitatum et villarum predictarum Jacobus de Manso et Jannuarius Rabaça licenciatus in legibus dictus Jacobus in effectu dixit illud idem.

Quibus sit pactis brachium Eclesiasticum unanimiter concordans nemini discrepante pro eodem brachio consti-

tuerunt et eligerunt tratatores subscriptos et sub forma que sequitur.

Nosaltres lo braç de la Esglesia dam poder als honrats senyors pares en Christ en Vidal per la divinal providencia de Valencia e Nelies de Sogorb e de Sancta Maria de Albarrazin bisbes, e al honrat ffrare Petro de Thous Maestre del Orde de la Cavalleria de Sancta Maria de Muntesa e al ffrare Ar. Abbat del Monastir de Valldigna e a Micer Bernat Domenech (F. 14 v.) e an Pedro de la Abadia e a ffrare Johan Despejo del dit orde de Muntesa e an Berenguer Ferrer e an Pere Deflumes arcipreste de Sogorb que ells ensemps ab los tratadors dels altres braços e concordants ab aquells puguen taxar e constrenyer tot lo braç de la Esglesia, a cascun daquell braç a distribuir aquella part que segons lur bona consciencia los sera ben vist de pagar en la contribucio dels D homens a cavall ço es CCL armats e CCL alforrats e que aço faran be e leyalment e sens tota parcialitat e sens tota favor del senyor Rey ni dels braços de la Esglesia ni dels Richs homens e cavallers ni de les Ciutats ni de les viles ne encara de nengu en general ni en singular. E aço faran segons la forma del do que ha donat lo general del Regne Darago, pero que si veyen altres vies mellors e pus profitoses que aquesta del Regne Darago a profit del Regne de Valencia, que la puguen ffer ensemps concordablement ab los tratadors dels altres braços damunt dits no diminium ni trexen la dita proferta. O encara si alcuna cosa hi volien tolre o anadir, e que prometen e juren que aço faran a bon enteniment e a be e defensio del dit Regne de Valncia e de la cosa publica segons lur bona consciencia, e quels donen a a ço tot plen poder aytant ferm com fer se puxa. E si noy volien dir quen sien costrets ço es del comptiment faedor entre los dits braços.

Et hic modo et potestas data pro brachium ecclesiasticum sepefactum tratatoribus eius supius nominati fuerunt per dictum prothonotario Regium lecti in plena Curia de quibus dominus Rex et tota Curia fuerunt contenti.

Et brachium Nobilium militum et generosorum elegit in continenti suos tratatores ad predictam videlicet dictum Nobilem Comitem de Luna et Galcerandum de Fonte procuratorem Incliti Infantis Petri Rippacurie et Montanorum de Prades (F. 15) Comitis et Petrus Eximeni de Lumbierre procuratorem Nobilis Petri domini de Xerica, Raymundum Castellani, Vitalem de Villanova, Eximinum Doriç, Raymundum de Villanova, Thomas Vives de Ca-

nemas milites et Gilabertum de Nogaria domicellum quibus dictum brachium per brachio eodem dedit potestatem similem cum tratatoribus aliis aliorum brachiorum Ecclesiasticum illi que per dictum brachium data fuit suis tratatoribus supradictis et ut largius scriptus est notata.

Modo simili brachium Civitatum et villarum predictarum elegit ibidem ad premissa suos tratatores scilicet Jacobum de Manso et Michelem Palomar juratos, Petrus Fuseri licenciatum in legibus et Lupum de Apiaria Civitatis Valentie, et Jacobum ces Oliveros ac Jacobum Pitch civitatem Xative, et Johannem de Bruscha ville Morelle. Et Petrum Tamariti ville Murvieteris et Vicentum Jusseu ville Algezire, ac Arnaldum de Puigvert ville Burriane sindicos quibus dictum brachium per eodem brachio dedit potestas similem cum tratatoribus aliorum brachiorum illius pro dictum brachium Ecclesiasticum suis tratatoribus data fuit ut superius est expressa.

Et confestim dicti Valentie et Sugurbi et Beate Marie de Albarrazino Episcopi tenendo manum ad Petrus episcopali morem sacro sanctis quatuor dei evangeliis coram eis positis et alii omnes et singuli tratatores omnium dictoruf brachiorum eisdem evangeliis corporaliter tactis in manum et posse ipsius domini Regis ac prothonotario sui iurarunt et dicti iuramenti religione promisserunt in bona fide in dictis distributione et comptimento omni parcialitate propulsa bene et legaliter se habebunt iuxta eorum bona concientiam et prout superius declaratum existit sit illos deus adiuvet et eius sancta quatuor Evangeliam antedictam.

Et inmediate pro brachium nobilium militum et generosorum fuerunt oblata dicto domino Regi et tradita eius prothonotarius certa capitula in quodam contento papireo expressata.

(F. 15 v.) De quibus tam per ecclesiastici quod per civitatum et villarum brachia petierunt in quantum ipsa brachia vel ipsorum alterorum ipsa capitula tangere viderentur copias eis dari quos dominus Rex mandavit dari eisdem.

Et modo simili Ecclesiasticum brachium supplicarunt dicto domino Regi quod si aliqua capitula offerentur pro brachia nobilium militum et generosorum ac Civitatum vel villarum vel singulares ipsorum que dictum brachium Ecclesiasticum aut ipsius aliquem tangere iuderetur mandaret copiam eis dari quod pro dictum Regem fuit eis concessum.

Et simili modo brachium nobilium militum et generosorum supplicavit dicto domino Regi quod si aliquod Capitula offererentur pro brachia ecclesiastice et Civitatum et villarum iam dictarum que iudererentur dictum tangere brachium vel singulares ipsorum quod eidem brachio mandaret dari copiam de eisdem et quod fuit eis pro dictum dominum Regem concessum.

Modoquod simili pro brachium Civitatis et villarum predictarum domino Regi supplicatum extitit quod si aliquem Capitula offererentur pro brachia ecclesiastice et nobilium militum et generosorum seu aliquos singulares ipsorum quod ipsum brachium quomodo libet tangere noscerentur ipsi brachio copiam dari faciat quod ipsi brachio fuit pro dictum dominum Regem concessum.

Et confestim exsurgens nobilis Comes de Luna pro brachio nobilium militum et generosorum dicto responsionem brachio protestatus fuit quod hoc donum vel auxilium Quingentorum Equitum dabatur solummodo pro defensioni Regni Valentie.

(F. 16) Et die lune predicta die vicesima secunda januari anno predicto cum dictus dominus Rex aliis ocuppatus negociis circa negocia Curie vaccare non posset ipsam diem Martis sequentem continuavit.

Qua die Martis computata die XXIII jannuari anni ipsius dictus dominus Rex dictam celebrans Curiam personaliter quod existens in dicto Monasteri predicatorum Capitulo in quo erat tota Curia congregata dixit hoc verba. Quod omni in confederationem noviter inita inter ipsum dominum Regem ex una parte et inclitum Infantem Fferdinandum eius fratrem Marchinonem Dertuse et dominum de Albarrazino sit in pactum deductum pro assecuramentum et guidaticum per totam Curiam fiat prout inferius est expressum. Ideo rogavit idem dominus Rex Curiam memoratam ut assecuramentum et guidaticum faceret memoratum.

Et nihilominus cum omnes tratatores dictorum brachiorum nominati supius super eo adquod pro dicta brachia ordinati fuerunt nondum poterunt concordare, et propter hoc negocia et sue rei publice retardantur dictus dominus Rex rogavit brachia antedicta et quodcumque ex ipsis, ut dictorum tratatorum numerum pro expeditionem celeri et accomoda negociorum predictorum ad sex tratatorum scilicet de unoquoque brachio Duorum numerum reducatur quibus sint omnibus supradictis erat data potestas similiter tribuatur.

Et pro brachio prelatorum et personarum Ecclesiasticum exsurgens dictus dominus Vitalis Valentie Episcopus assentiente toto brachio supradicto pro eodem brachio se ipsum et magistrum ordinis militie beate Marie de Muntesia et pro dictum electos in tratatores specialiter nominavit quibus dictum brachium dedit una cum aliis tratatoribus aliorum brachiorum in omnibus scilicet in comptimento et distributione ac aliis tangentibus servitium dictorum Quingentorum Equitum illius que pro idem brachium die jovis die undecima mensis huius jannuari supius contenta nominatis pro eos tratatoribus una cum aliis tratatoribus aliorum brachiorum extitit atributa quod de presenti ad plenum lecta fuit in plena curia et etiam recitata.

Et exsurgens pro brachio nobilium militum et generosorum dicte Curie Nobilis Petrus dominus de Exericha et Luppus Comes de Luna consentiente toto eodem brachio dictus Nobilis Petrus dominus de Exericha dictum Nobilem Comitem de Luna et Raymundum de (F. 16 v.) Villanova milite pro dictum brachium electos in tratatores dicti brachii nominavit quibus cum aliis ceterorum brachiorum tratatoribus dictum brachium dedit similem potestatem illi quam dictorum prelatorum et personarum ecclesiasticarum brachium dedit duobus suis tratatoribus prenotatis.

Et pro brachio civitatum et villarum dicti Regni sindicis et procuratoribus universitatum Civitatum et villarum ipsarum Jacobus de Manso modo simile exsurgens se ipsum ac Petrum Fuseri in tratatores electos ad hoc specialiter nominavit quibus dictum brachium cum aliis tratatoribus aliorum brachiorum dictum brachium similem dedit potestatem illis que brachia alia ante dicta dederunt suis tratatoribus memoratis.

Et inmediatem dicti dominus Episcopus Valentie et Magister ordinis Muntesie pro dicto brachio Ecclesiastico. Et nobilis Comes de Luna ac Raymundus de Villanova pro brachio nobilium militum et generosorum ac Jacobus de Manso et Petro Fuseri pro brachio civitatum et villarum dicti Regni. Attendentes ac domini Regi inibi in Curia pro tribunali sedentis presentia in ipsius manu et posse ac mei dicti prothonotario scilicet dictus dominus Episcopus tenenedo manum ad Petrus Episcopali more possitis coram eo et aliis supius nominati tactis per eos sacro sanctis quatuor evangelia iurarunt per deum et eius sancta quatuor evangelia quod in comptimento et distributio-

nem fiendis dictorum Quingentorum Equitum bene et legaliter se habebant iuxta potestatem pro dicta brachia eis datam et prout in potestate dictis aliis tratatoribus data dicta die undecima jannuari latius continetur, quam hic dicta brachia per repetita haberunt et que per me dictum prothonotarium de verbo ad verbum in plena Curia publiciter extitis repetita et per omnia dicta brachia approbata.

Quibus sit pactis super facto Guidatici fiendi dicto domino Infanti Fferdinando.

Dictus dominus Episcopus exsurgens pro brachio ecclesiastico dixit dicto brachio occurrisse ad modum placidam et acceptam reconciliationem factam per dictum dominum Regem factam de dicto domino Infante quare pro dicto brachio assenciebat guidatico memorato.

(F. 17) Et pro brachio nobilium militum et generosorum Exsurgentes Nobilis Petrus dominus de Exerica et Comes de Luna dictus Nobilis Petrus dominus de Exerica dixit verba similia in effectu.

Et pro brachio Civitatum et villarum surgens Jacobus de Manso pertulit illud idem.

Et tandem firmantibus et consentientibus dicto domino Rege et tota Curia memorata fuit publicatum dictum guidaticum per me dictum prothonotarius et per dictam firmatum Curiam ut sequitur.

In Dei nomine sacroque et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Noverint universi. Cum nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum Valentie Maiorice Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Rossillionis et Ceritania. Attendentes quo diu antem incoatam discordiam inter nos ex una parte et Regem Castelle ex altera vos inclitus Infans Fferdinandus Carissimus frater nostre Marchino Dertuse et dominus de Albarrazino in Regno Castelle faciebatis continuam mansionem et residentiam personalem in servitio dicti Regis cuius eratis vassallus, propter quod fuit suspitio aliquo quod in disensione seu discordia supradicta eidem Regi Castelle feceratis Valenciam seu iuvamen. Nunc non pendentibus treugis inter nos et dictum Regem Castelle ad nos et nostrum servitium ferventi animo et fraterna dilectione inductus vos ipsum duxeritis revocandum fuerit quod inter nos et vos in tractatu dicte revocationis seu reductiones vestre ad nostrum servitium initum sum etiam propter aliquos non nam timoris causas seu rationes quod vos ad hoc rationaliter inducebant, quod nos vos dictum Infantem et personam vestram gui-

dare et assecurare idonee teneremur per omnia Regna Comitatus provincias civitatis villas terras et alia loca nostra quod nos liberaliter fecimus et completemus prout in instrumentis publicis inde factis latius et plenius continetur. Sed quod ad uberiorem cautelam inter nos a vos dictum Infantem initium extiti et in pactis deductum quod per fortiori firmitate dicte securitatis mandaremus et faceremus fieri quem sequntur. Ideo nos Rex Petrus volentes adimplere premissum per bono pacis gratis et ex certa scientia rogamus subscriptos et per secunda iussione mandamus venerabilibus Vitali Valentie Episcopus, Elie Sugurbicensie Episcopo ac Reverendo Lupo Caesaraugusta Archiepiscopo ac frati Petro de Thous Magistro ordinis militie Beate Marie de Muntesie et frati Guillermo Abati (F. 17 v.) Monasterii de Benifaçano, ac frati Arnaldo Abati Monasterii Vallisdigne ordinis Cisterciense et Fferdinando Gomecii Albornos militi Comendatoris de Montealbano uclense ordinis et Lazaro Sancii procuratori Religiosi Petri Mungieç ordinis militie Calatrave Magistri ac ffrati Berengario de Montpan Comendatori de Torrent ordinis hospitalis sancti Johannis Jerusalin procuratoris frati Galcerandi ça Tallada tenentis locum, ffratri Johanni Ferdinandi de Heredia ordinis eiusdem Castellani Amposte ac ffrati Johanni Alvari Despeio Clavario Monasteri dicti ordinis Beate Marie de Montesia, Petro Pineda Canonico et preposito Sedis Valentie, Bernardo Domenech in decretis licenciato ac Petro de la Abadia Canonico dicte Sedis Capitulo eiusdem Iconomis, Berengario Ferrari iurisperito procuratori Episcopi Dertusen. Et nobili Petro domino de Xerica domicello Et Nobili Lupo Comite Lune ac Domino Civitatis Sugurbii militi, et Bernardo de Materone Incliti Infantis Raymundi Berengari patrii (sic) nostri carssimi Impurie Comitis, procuratori Nobili Gilaberto de Cintillis et Nobili Petro de Luna licet non sit de huiusomni Curia in eadem presenti, tamen ut consiliario nostro, et Nobili Petro Maça de Liçana domicello, Nobili Johanni Dieç domicello. Et Petro Boil militi, Eximeno Doriç militi, Raymundo de Vilanova militi, Galcerando de Thous militi, Matheo Merceri militi, Vitali de Villanova militi, Ffrancisco de Villarasa militi, Petro de Villanova domicello, Eximino Petri de Calatajubio militi, Paschasio Maçana militi, Gilaberto de Nogaria domicello, Sancio Ramirii de Lihori militi, Bernardo Vives jurisperito domicello, Johanni Gastoni domicello, Roderico Sancii de Calatajubio juniori domicello, Egidio Roderici de Lihori domicello, Be-

rengario Fabre domicello, Berengario de Ripoll domicello, et Sancio Lomberri domicello ac Jacobo Delbas, Berengario Carcassona domicello et Micheli Palomar iuratis, Ffrancisco Marrades, et Guillermo Abello ac Petro Fuserii in legibus licenciato et Arnaldus de Vallariola civitatis Valentie. Et Jacobo Bosch et Jacobo Civera ac Jacobo Pich et Francisco Carbonell Civitatis Xative. Et Johanni Bruscha et Jacobo Martini ville Morelle, et Vicento de Jesseu Algezire ac Andree de Montfort ville de Alpont sindicis et procuratoribus et toti generali Curie Civitatum et villarum et Regni Valentie, ut moris est congregate, per dicto Infanti per se seu Johanni Eximini de Ponthisa militi una cum quibusdam aliis et in solidum ad hoc per dictum Infantem constitutum ut nunch subscripto (F. 18) prothonotario extitit facta fides prestent juramentum super sancta quatuor dei Evangelia coram eis posita et ab eorum manibus corporaliter tacta atquem homagium ore et manibus comendatum faciant sub quorum virtute vobis dicto Infanti aut dicto nostro procuratori nostro nomine permitant ipsi et eorum quilibet quod nobis dicto Regi non dabunt consilium auxilium seu iuvamen vel aliquod dicent procurabunt seu facient palam publice seu oculte tanto seu exprese per quod per nos officiales seu subditos nostros seu alios quoslibet vobis dicto Infanti seu persone vestre gravamen lesio seu iniura aliquod inferatur vel guidaticum et assecuramentum nostrum huius omni quomodolibet infringatur per quod seu mortem civilem vel naturalem captionem verberationem membri truncationem seu aliam corporis lesionem sive aliam qualibet iniuriam corporalem etiam vel verbalem possitis incurrere quovis modo, imo personam nostram defendant et indempnem perservent ab omnibus et singulis supradictis et aliis iniuriis et gravaminibus quibuscumque omnius nobis et nostris officialibus et subditis quanto melius poterunt de facto et alia si opus fuerint resistendo. Et ut predicta fuimus exequntur Nos Rex predictus rogamus omnes et singulos superius nominatos mandante eisdem et singulis eorum et toti Curie supradicte, quod si aliquo modo facent per nos contra predictam securitatem et guidaticum vel aliquo de predictis vellemus aliqui atemptare illud vobis quod citius potuerunt nunciare procuret. Et omnia supradicta et singula faciant et adimpleant non obstantibus fidelitate naturalitate juramento et homagio seu alia obligationem quacumque quibus nobis tamquem Regi seu eorum duo vel alia sint quomodolibet obligati a quibus omnibus et

singulis quantum ad hoc et in talibus supradicti gratis et ex certa scientia eos et eorum quolibet cum presenti instrumento ductus absolvendos. Ad hoc nos Vitalis Valentie et Elias Sugurbicien et Sancte Marie de Albarrazino Episcopi. Et Lupus Cesarauguste Archiepiscopus et Ffrater Petrus de Thous Magister Ordinis Militie Beate Marie de Muntesia et ffrater Guillermus Abbas Monasterii de Benifaçano ac ffrater Arnaldo Abbas Monasteri Vallisdigne Cistercien ordinis et Fferdinandus Gomecii Comendatore Montis Albani et Lazarus Sancii dicti Magistri Calatrave procurator et ffrater Berengario de Montpalis Comendator de Torrent dicti locum tenentis Castellani procurator et ffrater Johannis Alvari Despeio Clavarius Montesie, Petrus Pineda, Bernardus Domenech et Petrus de la Abadia dicte Sedis Capituli iconomi Berengarius Ferrari Sancii dicti (F. 18 v.) Episcopi procurator ac Petrus dominus de Xerica Luppus Comes de Luna ac dictis Civitatis Sugurbii, Bernardus de Materone dicti Infantis Reymundi Berengari Comitis Impurie procurator, Gilabertus de Cintillis, Petrus de Luna propius nomine suum de hac Curia tamen ut Regius Consiliarius, Petrus Maça de Liçana, Johannis Diaç, Petrus Boil, Eximinus Doriç, Raymundus de Villanova, Galcerandus de Thous, Matheus Merceri, Vitalis de Villanova, Ffranciscus de Villarasa, Petrus de Villanova, Eximinus Petri de Calatajubio, Pascasius Maçana, Gilabertus de Nogaria, Sancius Remiri de Lihori, Bernardus Vives, Johannes Gasconi, Rodericus Sancii de Calatajubio iunior, Egidius Roderici de Lihori, Berengarius Fabre, Johannes de Bellvis, Berengarius de Ripoll, Sancius de Lomberri et Jacobus Delmas, Berengarius Carcassona, Michael Palomar iurati, Ffranciscus Marrades et Guillermus Abello, Petrus Fuseri et Arnaldus de Vallariola Civitatis Valentie. Et Jacobus Bosch, Jacobus Çolivera, Jacobus Pich et Ffranciscus Carbonelli Civitatis Xative, Johannes de Bruscha et Jacobus Martini ville Morelle Et Vicencius de Jusseu Algezire, et Andreas de Montfort ville de Alpont sindici et procuratores predicti, et tota generalis Curia supradicta nominibus predictis pro bono pacis specialiter precibus et mandatis Regiis cum debita reverentia cupientes totaliter obedire tactis per nos cruce et sacro sanctis quatuor Evangeliis coram nobis positis in manibus et posse dicti Johannis Eximini de Panthisa procuratoris dicti domini Infantis ad hoc ut profertur legitimam potestatem habentis iuramus per deum et eius sancta evangelia et homagia etiam facimus ore et manibus comendata ut in-

fimis inferius continetur et sub ipsorum virtute promittimus dicto domino Infante propius absenti et nobis dicti eius procuratori ipsius nomine recipienti et prothonotario infrascripto tamque publice persone hoc a nobis dictis nominibus stipulanti et recipienti dicti domini Infanti nomine et omnium etiam illorum quorum interest et intererit ac interesse potit et poterit ac futurum bono animo et spontanea voluntate et de omni iure nostro et illorum quorum nostri aliqui sumus procuratores certificati penitus et instructi omnibus enganno dolo et fraude penitus perculpulsis pro dicto domino Regi seu suis officialibus aut subditis non dabimus auxilium consilium seu iuvamen vel aliqui dicemus vel consentimus procurabimus vel faciemus palam publice seu oculte per quod per dictum dominum Regem officiales seu subditos suos vel alios quoscumque ut per dictum dominum Regem nobis dicto domino Infanti seu persone nostre (F 19) gravamen lesio seu iniura alius inferatur per quam mortem civilem vel naturalem captionem verberationem membri truncationem seu alia corporis lesionem sive aliam quamlibet iniuram corporalem etiam vel verbalem possitis incurrere quovis modo. Nos enim Rex predictus declarantes huius omni guidaticum et assecuramentum debere durare dum nos dictus Infans veneritis ad nostras presentiam et nobiscum seu in nostra Curia fueritis et inde ad nostra loca redieritis per duos menses ex tunc continue computandos et non ultra tactis per nos Crucem domini ac sancto sanctis quatuor Evangeliis coram nobis positis iuratus et ipsius iuramenti religione acceptantes et ratam habentes provisionem per superius nominato et dictam generalem Curiam nostris presentibus et mandatis facta promittimus in bona fide Regia vobis dicto Infanti licet absenti et vostro prenominato procuratori vestro nomine recipienti ac subscripto nostro prothonotario tamque publicem persone. Et a nobis legitime stipulanti per vobis et omnibus quorum interest et post interesse in futurum dictum guidaticum et assecuramentum ut dictus est et per tempus dictum superius tenere et observare et contra illos non facere vel venire aliquam rationem. Et in premissorum testimonium huius instrumento nostrum sigillum apponi mandamus in pendenti. Quod est actum de nostro mandato in dicta Curia generali consentientibus et firmantibus omnibus supius nominatis et tota Curia antedicta in dicto Monasteri predicatorum Capitulo die vicesima quarta jannuari Anno a

Nativitate domini MCCCL octavo. Nostre quod Regni XX tertio sub exi.

Signum

Petri Dei gratia Rex Aragonum etc. Qui predicta omnia et singula laudamus, firmamus, acceptamus, concedimus et iuramus.

Signum Vitalis Valentie Episcopi.—Signum Elie Sugurbicien et Sancte Marie de Albarrazino Episcopi.—Signum Lupi Cesarauguste Archiepiscopi qui possitis coram nobis cruce et sacro sanctis Evangeliis tenendo manus ad Petrus Episcopali more predicta firmamus, laudamus et iuramus.

Signum Ffratris Petri de Thous Magistri dicti ordinis Beate Marie de Muntesia. Qui hoc laudo firmo et juro ac homagium facti.

Signum Ffratris Guillermi Abbati Monasterii de Benifaçano.—Signum Ffratris Arnaldi (F. 19 v.) Abbati Monasteri Vallisdigne. Qui hoc laudamus et juramus.

Signum Fferdinandi Gomecii Comendatoris de Monte Albano.—Signum Lazari Sancii procuratoris dicti Magistri Ordinis militie Calatrave.—Signum ffratris Berengarii de Montpalis procuratoris dicti locum tenentis Castellani Amposte.—Signum Johannis Alvari Despeio Clavarii Monasterii de Muntesa. Qui hoc laudamus firmamus iuramus et homagium facimus.

Signum Petri Pineda.—Signum Bernardi Domenech.—Signum Petri de la Abadia iconomorum.—Signum Berengari Ferrari procuratoris predictorum. Qui dictis nominibus hoc laudamus, firmamus et iuramus.

Signum Petri dominum de Exerica.—Signum Lupi Comitis de Luna et domini civitatis Sugurbii.—Signum Bernardi de Materone procuratoris dicti Infantis Raymundi Berenguer.—Signum Gilaberti de Cintillis.—Signum Petri de Luna.—Signum Petri Maça de Liçana.—Signum Johannis Diaç nobilium.—Signum Petri Boil.—Signum Eximini Doriç.—Signum Raymundi de Villanova.—Signum Galcerandi de Thous.—Signum Mathei Merceri.—Signum Vitalis de Villanova.—Signum Ffrancisci de Villarasa.—Signum Petri de Villanova.—Signum Eximini Petri de Calatajub.—Signum Paschasi Maçana.—Signum Gilaberti de Nogaria.—Signum Sancii Remeri de Lihori.—Signum Bernardi Vives.—Signum Johannis Gasconi.—Signum Roderici Sancii de Calatayub iunioris.—Signum Egidii Roderici de Lihori.—Signum Berengari Fabre.—Signum Bernardi Fabre.—Signum Johannis de Bellviis.—Signum Berengari de Ripoll.—Signum Sancii de Lomberri militum et domice-

llorum.—Signum Jacobi de Manso, Berengari Carcassona domicelli Michelis Palomar juratorum Ffrancisci Marrades, Guillermus Abello, Petri Fuseri, Arnaldi de Vallariola, civitatis Valentie.—Signa Jacobi Bosch, Jacobi Çolivera, Jacobi Pich, et Ffrancisci Carbonelli civitatis Xative.— Signa Johannis Bruscha et Jacobi Martini ville Morelle.— Signum Vicenci Jusseu Algezire.—Signum Andree de Monfort de Alpont sindicorum et procuratorum premisserum. Quod predicta omnia prefatis nominibus laudamus, approbamus, juramus et homagium inde facimus.

(F. 20) Testes huius rei sunt Nobilis Ffranciscus de Cerviano domicellus Albertus de Trilea miles domini Regis alguazarius et consiliarius et Dominicus Boriaci notarius Civitatis Valentie et Johannes de Pau notario.

Sig. num Mathei Adriani prothonotario sigilla tenentis dicti domini Regis et auctoritate Regia notario publici per totam terram eiusdem. Qui predictis interfuit et ea scribi fecit cum raso et rescripto in quinta linea ubi dicitur predictus, et in eadem ubi in duobus locis scribit eis, et in XXIII ubi notatur etiam facimus ore et manibus comendata ut in finis inferius continetur et clausius.

Et in continenti dictus dominus Rex continuavit dictam Curiam ad diem veneris proxime sequentem.

Et dictam die veneris cum dictus dominus Rex esset aliis ocupatus negociis continuavit dictam Curiam ad diem sabbati sequentem.

Et dicta die Sabbati cum idem dominus Rex esset aliis negociis occupatus continuavit Curiam memoratam ad diem Lune proxime sequentem.

Et die Lune predicta ad continuationem dicte Curie assignatam que fuit dies XXIX januari anni predicti MCCCLVIII dictus dominus Rex accedens ad dictum Capitulum Monasterii predicatorum in quo erat dicta Curia congregata continuavit Curiam antedictam ad diem Jovis proxime subsequentem.

Et die Martis sequenti qui erat die tricesima jannuari anni eodem et nunc predicto prothonotario dictum fuit per Nobilem Bernardum de Capreria presente domino Rege, cum sex superius nominati pro dicta brachia electi ad faciendum distributionem et comptimentum dictorum Quingentorum equitum, et quos dominus Rex ad cameram membrorum sui Regii (F. 20 v.) palatii venire fecerat ut fabilius inter se super dicta distributionem et comptimento convenirent super eadem distributionem convenire non

possent, idem Sex dixerunt quod tamen quod inter se ipsi convenire non possent pronunciandi super comptimento et distributionem predictis dicto domino Regi dederunt plenissimam potestatem assistentibus sibi domino Archiepiscopo Cesarauguste et Nobili Berenguer de Capreria.

Et paulopost eadem die cum dicti Sex non possent aliquantum convenire super iamdictis presente me dicto prothonotario et testibus infrascriptis, et Sex predictis pro dicta brachia ut premittitur electis modo simili in domini Regis predicti presentia constitutis. Idem dominus Rex (i. l.: assistentibus sibi domino Archiepiscopo Cesarauguste et Nobili Berengario de Capreria) pronunciavit et distribuit dictos Quingentos Equites pro dicta brachia secundum proferta seu obligationem, per dictam Curiam ei factam faciendos et tenendos ut sequitur. Scilicet Ecclesiasticum brachium cum Magistro Montesie et aliis fratribus ordinum militie dicti Regni, qui ab eodem brachio in hoc separatur Octuagintam Equitis scilicet Quadraginta armatos et Quadraginta alforratos. Et nobiles milites et generosis cum dictis Magistro Montesie et aliis fratribus ordinum militie Regni ipsius ducentos Triginta equitis videlicet Centum quindenti armatos et centum quindentis alforratos. Et Universitatis Civitatum et Villarum Regni Valentie, Centum nonaginta equites, scilicet Nonaginta quinque armatos, et Nonaginta quinque alforratos. Retinuit tamen sibi dictus dominus Rex quod possit declarare inter brachia ante dicta numerum hominum tam clericorum quod aliorum brachiorum predictorum et cuiuslibet eorundem.

Presentibus testibus Reverendo domino Lupo Cesarauguste, Archiepiscopo et Matheo Merceri Camarlengo milite ac Berengario de Codinachs Magistro Rationali, consiliaris dicti domini Regis.

Et eadem ora dominus Rex predictus assignavit ad diciendum et determinandum omnes questiones que inter dicta brachia emergent ratione dicte contributionis videlicet dictum Archiepiscopi Cesarauguste et Petrus de Cumbis prepositum Ecclesie Tarrachonensi.

(F. 21) Et nihilomnius continuavit dictem Curiam ad diem sabbati proxime sequentem.

Qua die sabbati die scilicet tertia ffebroari celebrationi dicte Curie assignata vel continuata per nonullos prelatos nobiles milites et generosis necnon per iuratos et sindicos Civitatis Valentie. Inibi presentes fuit dicto domino Regi presenti in dicto predicatorum Capitulo et

Curiam celebrantem quod cum a Civitate Valentie, impositionis generales amover fuerit seu levate impositiones que in Civitate Xative, et in villis Regalibus et aliis locis nobilium militum et generosorum et aliorum Regni supius levatur dignaretur sublevare et amovere ab ipsis.

Et dictus dominus Rex dixit quod de dictis supplicationibus aliqui coram ipso domino Rege in suo Regali palatio convenirent qui cum eodem super premissis tratarent in quod placebat sibi quod fieret quod sit instrumentum.

Et si illa quos hoc factum tangebat nollet se super premissis rationi subicere ipse dominus Rex de premissis impositionibus faceret quod fecit de impositionibus Valentie Civitatis premisse.

Et fuerunt electi ad tractandum pro parte sua super premissis nobiles Bernardus de Capraria et Berengarius de Codinachs Magistri Rationalis Curie Regie et pro parte nobilium militum et generosorum Blasius Ferdinandi de Heredia et Raimundus de Villanova militis et A. Johannis legum doctor.

Et cum brachia predicta et ipsorum verum quod convenissent super distributionem dictorum Quingentorum equitum scilicet per certa dictorum equitum partes atque brachia fuerat distributa seu erat assignata dictus dominus Rex voluit requisivit dicta brachia eisque et utrique ipsorum iniunsit ut ipsa brachia scilicet utrumque ipsorum inter se distribueret equitis partis assignate utrique ex brachiis antedictis ad hoc ut cetero sciat a quibus et in quo numero a quocumque poterit requerire totiens quotiens opportunum fuerit Quingentos equitis antedictos et ipsorum quod visum suis casibus faciendum.

(F. 21 v.) Et confestim Valentinus et Sugurbicien Episcopi pro brachio ecclesiastico dixerunt se fere multum gravatos in assignatione seu distributione eis facta seu assignata de octuaginta equitibus ex quingentibus supius dictis quare petierunt instanter distributionem debere moderari predictam habito respetum ad maximos scriptus quod fieri habent continue pro legatis domini super qui est superior eorundem. Et cum dictorum quingentorum equitum iuvamen iuxta formam in Aragonie in similibus observatam concessum existeret et in Aragonie ordinatum pro vassallos fuisset ista contributionem pro vassallos fieri debebat et non alia. Cumque etiam militarum ordinis et Religiosi alii huius Curie se a dictis Episcopis et aliis

eclesiasticis separassent quod ab ipsis debebant, minime separari set potius contribuere cum eisdem.

Et pro parte dictorum ordinum et Religiosorum fuerit dictum quod volebant contribuere cum dictis ecclesiasticis si ipsi eclesiastici volebant contribuere pro redditibus et vasallis et si in hoc causa volebant separari ab ipsis in contributioni predicta.

Et pro parte nobilium militum et generosorum fuit dictum quod placebat eis per contributio sequiretur prout fuerat ordinata per allegatis pro Brachium Ecclesiasticum in aliquo non obstantibus.

Pro parte vero Civitatum et villarum et brachio ipsarum fuit dictum quod erant pacti distributionem facere de equitibus eis assignatis quovis in taxatione et assignatione minima esset quod damnodo agravati.

Et ad tractandum et concordandum de predictis et habendum colloquium per eidem dominus Rex Valentie et Sugurbicien Episcopo, ac Arnaldus Johannis, Jannuarius Rabaça et Petrum Fuseri legum doctores ac Bernardus Vives iurisperitum specialiter nominavint.

(F. 22) Brachia tamen predicta dixerunt quod supius nominati tamque habentes ab ipsis brachiis super premissis aliquam potestatem nullatenus interesent sed placebat quos super eisdem tractarent et colloquerent ut persone private.

Et dictus dominus Rex dixit quod placebat sibi quod nominati supius interesent premissis ut singulares et private persone et non alia. Et confestim continuavit Curiam celebrandam ad diem lunes subsequentem.

Que die lune dia quinta febroari anni premissi millesimus trecenti quinquagesima VIII continuationi et celebrationi dicte Curia assignata.

Reverendus Luppus Cesarauguste Archiepiscopo mandato domini Regis pro tribunali sedentes In dicto Capitulo generalem que inibi Curiam celebrantis et ex verbali comissioni sibi de presenti facta dixit quod cum dictus dominus pre habito maturo et digesto consilio super gravamine allegato per Episcopus et Ecclesiasticos antedictos per sex electi premissi potestatem eis per generalem dicte Curie atributam eisdem tranferre non potuerunt in dominum Regem predictum eo quia inter ipsum dominum Regem et ipsos Sex non intervenat iuramentum nec pena aportata fuerit de rito habendo et quia per brachia super transferendo in alium potestatem dictis Sex nulla fuerat

atributa potestas ob quod per dicti domini Regis facta distributio non valebat.

Et exsurgens pro brachio Nobilium militum et generosorum Nobiles Petrus dominus de Exerica et Lupus Comes de Luna dictus nobile, Petrus dixit, quod ex quo dicta distributio in Curia ex dicta potestate concessa in generali Curia facta fuerat quod non poterat revocari seu retractari quod si fieret asserebant, se et suum brachium in distributionem eis factam fore planius agravatos quare patebant eis restitutionem fieri debere.

(F. 22 v.) Et dictus dominus Rex continuavit Curiam ad diem Martis proxime sequentem.

Et die Martis sexta die febroari celebrationi et continuationi dicte Curie assignata ex parte domini Regis et de eius mandato in dicto Capitulo in quo erat dicta generalis Curia congregata fuit lecta scriptura que sequitur per me dictum prothonotarium.

Com lo poder per los VI derrerament deputats trasportat en lo senyor Rey no hagues loch ni per consequent la pronunciacio deguen feta ans lo poder als dits VI deputats fo e es romas en aquells per ço tota la dita Cort concordablement volch e ordena e tench per bo quels dits VI deputats derrerament a fer lo dit comptiment distribucio e compulsio diguessen, faessen e tratasen e aportassen les dites coses a acabament segons la forma del poder a aquells atribuit.

Et dicti Episcopi Valentie et Sugurbicien pro dicto ecclesiastico brachio ipso assentiente protestati fuerunt quod per aliquo que in presenti Curia dixerit aut consenterit, aut modo dicent aut consensient, caute vel expresse nullum dicto brachio vel eius singularibus aut privilegiis libertatibus et inmunitatibus ac iuribus eclesiasticis preiudicium valeat generari qui potius ipsa privilegia, libertates, inmunitates ac Iura Ecclesiastica illibata omnide conservent nec intendunt etiam aliqui dixisset seu aliquibus etiam prestitiset assensum que per eos honeste et licite dicti non possent vel eis licite asentire per eos et de hiis fuerunt modo simili protestati supplicando dicto domino Regi ut dictas protestationis propitius admitendo dicta privilegia libertatis et inmunitatis ac iura ecclesiastica salvare et observare sui solita clemencia dignaterur fuerunt etiam protestati quod per ipsi obtulerant in subsidio facto per generale Curie presentis domino Regi de quingentibus Equitibus id obtulerunt ad rei publice dicti Regni deffensionem tamen et non ad offensionem cuiusque.

(F.23) Et de predictis. Et dictus dominus Rex dictam admitens protestationem benigne salvavit eidem brachio omnia supradicta.

Et fuit continuata dicta Curia ad diem jovis sequentem de mane.

Qua die jovis cum dictus dominus Rex esse aliis negociis occupatus continuavit dictam Curiam ad diem lune proxime subsequentem.

Et modo simili die lune predicta quia dictus dominus habeat necessario in aliis vacare negociis continuavit dictam Curiam ad diem Martis sequentem proxime.

Et dicta die Martis dictus dominus certa alia vacans negocia dictam continuavit Curiam ad diem Mercuri proxime sequentem.

Qua die Mercuri XIIII die febroari Anni premissi dictus dominus Rex existens in Camara maiori sui Regii palati Valentie in qua erat tota Curia congregata dixit, quod cum ipse intellexisset quod illi Sex qui erant diputati ad distribuendum inter dicta brachia quingentos equitis ante dictos concordasset super comptimento et distributioni ipsorum. Ideo ipse dominus requisivit dicta brachia et utruque ipsorum quod utrumque brachium per se distribueret et compartiret partem sibi distributam seu assignatam dictorum Equitum quingentorum taliter quod ipse dominus Rex fit certus a quibus habebit requirere numerum cuiulibet dictorum brachiorum assignato suo loco et tempore opportunis.

Eadem quod die et ora cum oblatio facta de quingentis equitibus per dicta brachia dicto domino Regi facta fuerit sub modis formis conditionibus concessionibus et retentionibus contentis in forma oblationis simili modo facte de Septigentis equitibus per general (F. 23 v.) Aragonie in Curie Aragonensie ultimo celebrata in loco Carinyena. Et iuxta tenoris forma dicte oblationis in eiusdem formam quodam capitulo fit expressum quod per duorum annorum contentum in dicta oblatione ratione decime quam dictus dominus Rex ex domini Papa concesioni habere consuevit in Aragonie dictus dominus Rex dictam decimam non petiit ipsi qui ad dictam tenentur decimam exsolvendam ipsam datum teneantur nec aliud prestare subsidium durante tempore antedicto. Et dictus dominus Rex in presenti asservet a domino Papa bienalis decimam concessionem habere ser tamen quod nondum habebat papalem bullam concessionis predicte dixit, concessit et promisit in bona fide prelatis et personis eclesiasticis Curie presen-

tis illis videlicet qui ad solvendum decimam tenent quod durante tempore duorum annorum subsidii dictorum quingentorum equitum sibi oblatorum et concessorum in presenti Curia dictus dominus Rex non petit seu exiget ab ipsis prelatis et personis eclesiasticis aliqui ratione bienalis decime memorate, nec ipsi ratione eiusdem decime aliqui solvere teneanteur nec aliud etiam eidem domino Regi prestare subsidium durante dicto tempore bienali. Et in tam quo idem dominus Rex vellet prefata ab ipsis habere decima quod id totum quod per predictas qui ad solvendum decima sunt astricti solverunt ex eadem deducatur de iuvamine vel parte iuvaminis contingente eosdem in subsidio dictorum Quingentorum Equitum. Quem dictus dominus Rex ipsam decimam dictorum duorum annorum remitit et relexat generose eisdem prelatis et personis eclesiasticis qui ad ipsum solvendam ut promititur sunt astricti. Et nihilominus promisit eidem quod procuravit et facit quod dictam bullam papalem habere valeat cum effectu quam cum habuerit eam vel transcriptum autenticum eiusdem fides plenaria poterit adhiberi eis confestim transmitet ut in agendis de eadem valeat se iuvare.

Eadem quod instanti dominus Rex voluit atquem iussit per me supradictum prothonotarium civitatibus atque villis Regalibus Regni Valentie, pro propter impignorationibus, venditionis seu alienationis per ipsum dominum Regem aut alios ipsius loco et nomine de aliquibus villis et locis regalibus ipsius Regni quibuscumque personis dictis Civitatibus villis et locis aut aliquibus ex ipsis nullum preiudicium (F. 24) generetur dicte impignorationis ,venditionis seu alienationis ad consequentiam traheri non possit quinimo dictis civitatibus atque villis, ius suus remaneat salvum integrum et illesum nec eis nocere valeant homagia et iuramenta inde prestita per ipsos seu eorum predecessores quibuscumque personis.

Et confestim dictus dominus Rex prorrogavit dictam Curiam ad diem jovis proxime sequentem.

Et ipsa die jovis dictus dominus Rex aliis occupatus negociis continuavit Curiam antedictam ad diem veneris subsequentem.

Qua die veneris die sextadecima febroari anni predicti dicto domino Rege in camera maiori sui Regii palatii Valentie generalem Curiam celebrante in qua erat tota generalis Curia congregata.

Nobilis Petrus dominus de Exerica et nobilis Comes de Luna et dominus Civitate Sugurbi per se et suis homi-

nibus protestati fuerunt quod per aliquo dicta dicenda aut facta vel facienda in presenti curia foro Aragonie quod ipsi prelati existunt, aut eorum privilegiorum et libertatibus nullum preiudicium generet quin potius omne ius eis et eorum hominibus presenti ex eisdem ipsis remaneat salvum integrum et illesum. Et dictus dominus Rex salvavit dictis nobilis et utrumque ipsorum eorumque hominibus omne ius eis pertinens ex foro Aragonie ac franchitate et inmunitatis antedicta sit quod ex premissis eis nullum valeat preiudicium generari. Et de predictis inst.

Et simili modo fuit protestatus Anthonius Romei procurator sive actor Egregi Cicilie Comitisse Urgelli et Vicecomitisse Ageren Tutrix et Curatricis Egregi Petri Comes Urgelli vicecomitis Ageren, pro ipso Comite et eius hominibus videlicet quod propter quecumque facta (F. 24 v.) vel fienda in presenti Curie non fiat preiudicium dicto Comiti vel eius hominibus foro Aragonie sub quo dictus Comes ut dixit idem procuratur populatus existit aut privilegiis usibus consuetudinibus libertatibus et inmunitatibus eorum quinimo omne ius pertinens ex eisdem salvum remaneat integrum et illesum. Cui protestationi brachium militum et generosorum act totum brachium sindicorum et procuratorum Civitatum et villarum contradixerunt expresse asserventes dictam protestationem minime debere admiti quaquod dominus Rex non admisit. Et de predictis instr.

Et dictus dominus Rex prorrogavit et continuavit Curiam antedictam ad diem sabati proxime sequentem.

Et cum predicta die sabati dictus dominus Rex certa dicte Curie celebrationem vacare non posset continuavit dictam Curiam ad diem lune proxime subsequentem.

Qua die lune die nonadecima februari anni predicti MCCCLVIII dicto domino Rege in camara maiori sui Regii palati in quo erat tota generalis Curie congregata ipsam Curiam celebratam. Idem dominus Rex dixit, quod cum forum Valentie per ipsum dominum Regem in Curia generali editi habent quod exercicium procurationis Regni Valentie alicui Infanti Richi homini aut nobili comiti non valeat sed solum simplici militi. Et inclitus Infans Fferdinandus ad suum servitium venerit sibique affectet comitere officium procurationis generalis Regnorum et terrarum suarum citramarinarum ideo rogavit totam Curiam ut dictus in generali Curia revocaretur ad finem quod dictus dominus Rex dicto Infanti comitere valeret officium memoratum.

(F. 25) Et tota Curia retinuit deliberationem super predictis.

Et dictus dominus Rex inmediate recessit a dicta Curia conspicui ut super petitis posset habere consilium Curia antedicta. Et antequod recederet dixit quod placebat sibi fieri fori de quibusdam capitulis in Curia concordatis. Et nihilominus assignavit ad licenciadum dictam Curiam die Martis proxime sequentem.

Et die martis die XX febroari anno a nativitate domini MCCCL octavo.

Cum dictus dominus Rex in dicta maiori Curia sui Regi palati dictam generalem Curiam celebraret super premissis de quibus Curia generalis deliberationem retinuerat venerabilis Vitalis Valentiae Episcopus pro brachio prelatorum et personarum ecclesiasticarum et Nobilis Petrus dominus de Exerica pro brachio nobilium militum et generosorum et Jacobo de Manso pro brachio civitatum et villarum predictarum singulariter responderunt quod placebat tote Curie quod dictus forus revocaretur et dicti oficii generalis procurationis fieret comissio per dictum dominum Regem Infanti Fferdinando iamdicto dicto foro non obstante.

Quiquidem forus per dictum dominum Regem consentiente tota curia extitis revocatus.

Qua revocationem factam dictus dominus Rex dictum Infantem in suum generalem procuratorem nominavit.

Et dictus Infans Fferdinandus Inclitum et Magnifficum dominum Infantem Johannem dicti domini Regis filium primogenitum in situm dictum et Regem iuravit homagium et prestitit post dicti domini Regis dies successorum et in instrumento inde recepto per me dictum protronotario continetur.

Quibus sit pactis dictus dominus Rex revocationis dicti fori et (i. l.: et editionem) quorundam aliorum fororum inferius in presenti processu expresorum concordatorum in generali Curia ad publicationem processi et procedi iussit per me prothonotario memorato.

(F. 25 v.) Et cum distributio que facta fuerat singulis ex dictis brachiis de dictis quingentis equitibus inter ipsa brachia utrumquod ipsorum singulariter non esset, divissa fuerunt ordinati ad faciendum dictam distributionem una cum dicto Infantem Fferdinando procuratore domini Regis generali inter singularis cuiuslibet es dictis brachiis qui secuntur.

Scilicet pro prelatorum et personarum Ecclesiasticarum ac ordinum Religiosorum (i. l. brachiis) Valentie Episcopus.

Et per ordinibus militarum Magister de Muntesia.

Et per Regnis Infantibus ac nobilibus nobilis Petrus dominus de Exerica ac Arnaldus Johannes legum doctor.

Et pro militibus et generosis Raimundus Castellani Eximinus Doriç et Thomas Vives et Vitalis de Villanova milites.

Et pro Civitate Valentie iuratis ipsius.

Et pro Civitate Xative et villis dicti Regni Arnaldus Johannis predictus.

Et in continenti dictus dominus Rex licenciavit Curiam presentem hoc retento quod supius nominati una cum dicto Infante super comptimento et distributioni predictis possit concedere huius modi licencia non obstante.

A. C. A. Procesos de Cortes, 2.

Sylvia Romeu Alfaro